Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ginta diebus et xl. noctibus postea esuriit Et accedens
temptator dixit ei. Si filius dei es dic ut lapides isti
panes fiant Qui respondens dixit Scriptum est Non in solo
pane uiuit homo sed in omni uerbo quod procedit de
ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuita
tem et statuit eum super pinnaculum templi et dixit
ei Si filius dei es mitte te deorsum Scriptum enim
est quia angelis suis mandauit de te et in manibus tollent te
ne forte offendas ad lapidem pedem tuum Ait illi
ihs Rursum scriptum est Non tentabis dominum deum
tuum Iterum assumpsit eum diabolus in montem excel
sum uaide et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam
eorum et dixit illi Hec omnia tibi dabo si ~~cadens~~ adoraueris
me Tunc dicit ei ihs Vade satanas Scriptum
est enim Dominum deum tuum adorabis et illi soli ser
uies Tunc reliquit eum diabolus et ecce accesserunt angeli
et ministrabant ei. Feria v. de ezechiel pphe

Hec dicit dominus deus Ecce ego ipse requiram oues
meas et uisitabo illas Sicut uisitat pastor
gregem suum in die cum fuerit in medio ouium
suarum dissipatarum sic uisitabo oues meas et liberabo
eas de omnibus locis in quibus dispersae fuerant in die nu
bis et caliginis Et educam eas de populis et congregabo e